UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Cyrenio duci. 174.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

σε καὶ ἀξίαν ὀδύραιτο, καὶ σαυτὸν ἀπολλιώντα, καὶ πολλοὺς ἀχρειοῦντα, οἷς ἡ νεότης τὴν εὐκολίαν εἰσποιεῖται συμφέρουσαν.

Κυρηνίῳ ἡγεμόνι. ροδ΄.

Χάρτην ὑμῖν οἱ πολῖται πεπόμφασι, προσπαγέντα τῆς ἐκκλησίας ὡς ἔφησαν, πρὶν ἐπιβῇς τῆς πόλεως. ὃς καὶ ἀπολογίας πάντας γυμνοῖ, καὶ τῆς ἐν ἐκκλησίᾳ φυγῆς. ὅπερ οὐ μόνον ἀπηνείας ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ ἀσεβείας ἔχει ὑπόνοιαν. εἰ γὰρ ἀπολογίας οὐ μεταδίδους, οὐδὲ φυγὴν πρὸς θεὸν ἐνδίδους, καὶ συκοφάντας ἐστόμωσας, καὶ ἀδικίας ἐπλήθυνας. πῶς οὖν φωράσεις τὸ δίκαιον, πῶς σώσεις τὸν ἀδικούμενον, ὃς ἵνα μὴ ἔργον δυνατοῦ γένηται, ἀπορῶν δικαστοῦ τοῦ ἀμυνόντος, πρὸς τὸν ἀχείρωτον ἔδραμε σηκόν. ἡ δὲ σκῆψις ἐστὶ, τῆς τοῦ δικαστηρίου πράσεως ἡ ἀπόφασις. ὑπόβηθι τὴν ἀπήνειαν, καὶ ἕξεις τὸ πρατήριον εὐμαρέστατον.

Τῷ αὐτῷ. ροε΄.

Καὶ τὰ μέτρα ἑαυτῶν ἐπιστάμεθα, καὶ ἐλέγχειν τοὺς πονηροὺς προβεβλήμεθα. εἰ δὲ τὴν φράσιν φεύγεις ὧν πράττεις, παῦσαι τὴν πρᾶξιν, καὶ οὐκ ἔσται ἡ φράσις. ὃ γὰρ τις ποιεῖν οὐκ αἰσχύνεται, τοῦτο μὴ ἀλυέτω καλούμενος. εἰ δὲ καὶ μόνη ἡ κλῆσις ὕβρεώς ἐστιν ἕξις, ταύτης ἡ πρᾶξις πῶς οὐκ ἂν γενήσεται ὕβρις.

Πηλουσιώταις. ροϛ΄.

Ὁ καλὸς κυρήνιος, αὖθις κατακοσμεῖ τὸ πρατήριον. οὐ γὰρ ἂν φαίην κριτήριον. εἰ μὴ δοκίμου καὶ ἀκιβδήλου νομίσματος μόνον ὁ ὑπὲρ κλεμμάτων κομίζεται. πράξετε τοίνυν βελτίονα, αὐτῷ μὲν πόρους μὴ φέροντες, ἑαυτοῖς δὲ βρόχους μὴ πλέκοντες.

domos luſtras, ecquis te ſatis dignè deplorare queat, qui & exitium tibi ipſi infers, & multos inutiles reddis, nimirum, eos quibus iuuenilis ætas noxiam leuitatem aſciſcit.

Cyrenio duci. 174.

Chartam nobis ciues miſerunt, pro eccleſiæ foribus fixam, vt inquiebant, antequàm vrbem ingredereris, quæ & omnes purgandi ſui poteſtatem adimit, & perfugium in eccleſiam claudit. Quod quidem *Eccleſiæ aſyli ius eripere, impium.* non ſolùm crudelitatis, ſed etiam impietatis ſuſpicionem habet. Nam ſi nec cauſæ dicendæ poteſtatem facis, nec fugam in eccleſiam permittis, nimirum hac ratione, & calumniatores exacuiſti, & iniuriarum numerum auxiſti. Quonam igitur pacto ius & æquum deprehendes? Quonā pacto ei, cui iniuria infertur, conſeruabis? qui, ne à potente aduerſario conficiatur & opprimatur, quòd iudicem non habeat, qui ſuas iniurias vlciſcatur, ad inexpugnabile templum confugit? Prætextus porrò eſt, venditionis iudicij ſententia. Crudelitatem ſubi: & perfacilem mercatum habebis.

Eidem. 175.

Et modulum noſtrum exploratum habemus, & eo loco poſiti ſumus, vt coarguendos improbos habeamus. Quòd ſi eorum, quæ facis, commemorationem fugis, actioni finem impone, & commemorationi locus non erit. Nam quod quis facere non erubeſcit, non eſt cur mœrore conſternetur, cùm id appellatur. Quòd ſi ſola quoque appellatio contumeliæ habitus eſt, an nō eius actio cōtumelia exiſtet? *Vitioſus à vitio ſuo appellari moleſtè ferre non debet.*

Peluſiotis. 176.

Præclarus ille Cyrenius mercatum rurſum exornat. Non enim tribunal dixerim, niſi probæ duntaxat minimæque adulterinæ pecuniæ, quam pro furtis accipit. Rectiùs itaque feceritis, ſi ipſi quidem prouentus minimè feratis, vobiſipſis autem